

Sabaudia

224

A R E L A T E N S E R E G N U M .

Soli fertilitas.
Vrbes.

Status Ecclesia-
sticus.

Sabaudia
de Lacu Lemanno

Regio:
Sabaudia.
Unde dicta.

Situs.

Soli fertilitas.

Animalium va-
rietas.

amoenorem facit placidissima-suave spirantis Aëris constitutio : adeo ut totius Galliae Hortus atque Pomaria vocetur. Vini Frumentique ferax est; Nemora habet venationi commoda. Metropolis Ducatus est *Cesariense Turonum* : vernacule Tours. Vrbs opibus & Ædificiorum præstantia nobilis. Vicinus illiad Orientis Ligeris : ad Meridiem & Occidentem Idra fluit. Minorum gentium hujus Ducatus Opida sunt Ambona, *Langerium*, *Chinonum* & alia. Comitatus Aquitaniæ sunt *Tolosa*, *Tolone*: *Narbona*, *Narbonne*: *Albretum* & *bret*: *Ager Arminiacensis*, *Armignac*: *Bigerronum*, *Bigorre Feudalis Tolosano* : *Bear*, *Estrac* : *Commingeois Feudalis Tolosano* ut & *Foix*: *Ventadour*, *Pompadour*: *Montignac*, in *Poictou*: *Perigort*, *Perigeux*: *Esparré*: *Lymoges*: *Poitou*; *Marche*, *Fronsac* *Viconté*: *Touraine*, *Tours*: *Aulnay*. *Viconté*: *Basque*. *Dominia*: *Planèze*, *Grande Chaloces*, *Saintonge*, *Aulnis*. Archiepiscopi vunt: *Narbonensis*, sub quo Suffraganei *Carcassonensis*, *Carcassone*: *Aquitanus*, *Agde*: *S. Pontii Tomeriarum*, *S. Pont de Tomieres*; *Aletensis*, *Alet*: *Magalonensis*, *Mompelier*: *Elnensis*, *Elna*: *tierensis*, *Besiers*. *Lutevensis*, *Lodent*: *Nemaunensis*, *Nismes*: *Vcetiensis*, *Vsetz*. *Bituricensis*, *Bourges*; sub quo decem Episcopi, *Clermont*, *Rhodes*, *Lymoges*, *Mande*, *Alby*, *Cabors*, *Castros*, *Tulles*, *S. Flour*, *Lepuy* exemptus. *Burdigalensis*, *Bordeaux*, sub quo sunt 8. *Poitiers*, *Lucon*, *Maillezais*, *Saintes*, *Engoulesme*, *Agen*, *Codon*, *Sarlat*, *Tolosanus*, *Toulouse*, in quo 7 Episcopi. *Pamiers*, *Mirepoys*, *Montauban*, *La Vaur*, *Rieux*, *Lombes*, *Papons*. *Auxitanus*, *Aux*, sub quo 2 quensis, *Ags*: *Convenarum*, *Comminge*: *Tarbensis*, *Tarbe*: *Vasatenis*, *Basas*: *Lescuriensis*, *Lescure*: *Lactorensis*, *Littorina*: *Consaranensis*, *Conserans*; *Olerensis*, *Oleron*: *Baionensis*, *Baione*. *Adurenis*, *Adure*, aliis *Ayre*,

Arelatense Regnum.

Regnum Arelatense ab Vrbe Arelato nomen habet ; regiones complectitur inter Rhodanum & Alpes , quae olim Imperii erant. *Arela* Sunctque in hoc tractu *Sabaudia*, *Delphinatus* & *Provincia*. *Sabaudia* unde nomen habeat varie queritur. Quidam a *Sabatiis Vadis* derivant. Aliis dicitur, quasi *Sabbatorum*, qui *Sabaudienses Volaterraneo Auvve*, id est, *Ager Pratum*. Quibusdam quasi *Saul-voie* Via per Salices; aut *Sainte Voie*, *Salva via* : quam ex mala latronibusque obsessa fecisse fingitur nescio quis ab iis qui fabulis Lectores distinere solent. Coniacent *Sabaudia* a Septentrione , *Burgundia* Comitatus , turbatioribus Limitibus, *Helvetia* , *Lemanno Lacu* interposito; ab *Ortu*, *Valesia* Pedemontiumque, finibus non multo certioribus, nisi quod Montes intercurrant editissimi; ad Meridiem & Occasum *Delphinatus* se offert, cum nonnulla Rhodani portione, *Sabaudos* separantis ab *Burgundia* Ducatus Incolis. Aër *Sabaudia* purus est. Regio valde montosa. Quod ad Valles & Campestria loca , Solum amœnum satis & fœcundum præcipue verius Septentrionem, secundum Lemanni *Lacus Tractum* ; ubi vinum gignit generosum, quod *Ripalium* vocatur ab *Lacus Ripa*. Pascua Animantibus omne genus enutriendis optima ; cum alibi tum qua *Mons Minor* *S. Bernardi* attollitur. Metropolis *Sabaudie Chamberiacum*, vulgo *Chamberi*, in qua Parliamentum. Vrbs in con-